



Handwritten text on the adjacent page, including numbers 3, 7, 8, and 1, and some illegible characters.



SELECTARVM⁹¹
IURIS QVÆ-
STIONUM

*Ad faciliorem Paratitorum Wesenbecii in-
tellectum directarum*

1637^{11.}
47

DISPUTATIO VI.

SUB PRÆSIDIO

Viri Excellentissimi, Consultissimi, Clarissimi,

Dn. JOHANNIS OTTONIS TABORIS,
J. U. D. eiusdemque in Florentissima inclytæ Reipubl. Ar-
gentoratensis Universitate Professoris Publici, Patroni, Pro-
motoris ac Præceptoris sui æviterno observantiæ,
amoris ac honoris cultu profe-
quendi.

R E S P O N D E N T E

MATTHIA Röttlin / Colm. Alsat.

In auditorio Ictorum

Mense Februarij

Die horis antemeridianis

I N S T I T U T A.

A R G E N T O R A T I,

Typis heredum Pauli Ledertz.

A N N O

M. DC. XXXVII.

70

OPERA
LIBRI

1614





92

Disputatio VI. ad lib. 2. tit. 10.

Respondente

MATTHIA Röttlin/ Colm. Alsat.

De eo per quem factum erit, quo minus quis in
iudicio sistat.

Questio I.

Quomodo hic titulus differat à septimo præce-
dente, Ne quis eum, qui in jus vocabitur, vi exi-
mat? Ut de quæstione ea paulò uberius dispiciamus,
è superiore quæst. 7. occasionem nacti sumus. Et Wes.
quidem *d. t. 7. in fin.* sex differentias è Cujac. adducit,
quarum (1.) est à *diversitate subjecti*. Illo enim Edicto inquit Cu-
jac. coercetur is, qui fecit quo minus vocatus in jus sequeretur aut
produceretur: Hoc autem coërcetur is, qui fecit quo minus is, qui
caverat iudicio sisti, ad diem sua sponte veniret: *eamq; ut summam è*
principalem differentiam laudat Cujac & à veterib. ignoratã prædicat.
Quæ ut ut se habeant: videndum tamen est, annon simplicius præ-
mitti possit cum A. Fabr. in *rational. ad l. ult. si quis in jus vocatus non*
erit: titulos priores pertinere ad cautionem de sistendo in jure
apud Prætorem: posteriores de cautione ea, quæ dicitur iudicio si-
sti apud pedaneum iudicem? Negare id quidem videtur Cujac. 10. O.
10. *ibi*: Neutro coercetur, qui ad iudicem pedaneum evocatum eximit vel
impedit: quia generaliter omnes tituli de in jus vocando, tantum ad eos
pertinent, qui jurisdictionem & tribunal habent, apud magistratum enim
demurri de jure experimur. Addit Hillig. 23. D. E. 9. *lit. d.* & ex eo G.
Franzk. in *parat. MS.* nullibi mentionem fieri cautionis in jure,
sed semper cautionis in iudicio sisti, *etiam in l. 1. si quis in jus voc.* &
in l. 1. & ult. in jus voc. ut eant. Responderi Cujacio potest, titulos
istos posteriores nõ jam amplius de jure, (seu de iis quæ ad tribunal
præto-

Disputatio VI. ad lib. 2. tit. 10.

prætoris agebantur) sed de iudicio loqui; Hilligero autem, phrasin cautionis iudicio sisti generaliter & latius aliquando sumi, ut cautionem de sistendo *in iure* designet: aliquando specia' iter, ut ad iudicium propriè dictum referatur. l. 1. §. 2. & 3. *ibi: quod ad iudicium non venerit* l. 3. *ibi, in iudicium vocatus. pr. & §. 4. h. t. collat. cum l. 1. & 4. ibi, in ius veniret: Ne quis eum qui in ius voc. ita fatetur* Cujac. d. c. 10. cautionem iudicio sisti, esse ad prætoris fellam sisti, l. 1. *si quis in ius voc. non ierit.* & duplici iudicio rem videri apud veteres disceptatam fuisse, uno apud prætorem, altero apud iudicem datum. *fac. quod author hic subjicit, illo facto citationis ius publicum impediri: hoc satisfactionis privatum.* Planè quod Cujac. secundo loco & Wes. *in parat. h. t. 10. circa f. tradunt: Illud edictum in factum exemptionis externum; hoc in machinationem dolosam conceptum esse; vel ut Cujac. ait, illo Edicto vim coerceri, hoc dolum: non satis convenit verbis* Jctorum *in rubr. h. de eo per quam factum erit* l. 1. *ibi: qui impedit. §. 1. ibi. qui suis manibus vel per suos retinuerit. h. t. nec edicto illi: Ne quis eum, qui in ius voc. ubi dolus non excluditur. l. 4. pr. & §. ult. l. 3. in fin. d. t.*

Tit. XI. Si quis caution. in iudic. sist. caus. fact. non obtemp.

Q. 2. An iusta absentia juramento probari possit?
n. 3. Affirm. cum Dd. comm. Wes. *alios copiosè allegat Berlich. 1. conclus. 17. nu. 62. per l. 13. §. 7. de Excus.* Quod regulariter non concedendum esse putat *Wehnerus thesaur. practic. in voce Ehehafften. p. 115. a. nec nisi in defectum aliarum probationum.* Imò nonnulli simplicem adseverationem stipulata manu factam admittere videntur. *Reform. Ordnung der Statt Straßburg. sub tit. von Ungehorsam Zedulen. pag. 85. a. §. 3. ibi. Wann nun dieselbige vngheorsam erkandte Parthen/ solche entschuldigungen vorbrächte/ welche einen Ammeister erheblich vnd genugsam bedinecten; Als wann auß Unwissenheit der Vorgebot/ Abwesenheit/ Kranckheiten/ Lieb/ Leyd/ oder andern erheblichen Ehehafften/ Er zu erscheinen nicht vermöchte / vnd solche Ursachen mit Handgebender Threw bethewren köndte/ so ist er alsdann der Straff zu entlassen/ etc.* Distinguedum esse monet *Gail. 1. O. 143. nu. 4. inter causas parvi præjudicii,*
quæ

quæ etiam juramento allegantis possint probari, & majoris momenti seu præjudicii, ubi hæc probatio non sufficiat. Vel ut plenius Myns. d. O. 92. & 4. obs. 58. interesse, an probationes aliæ haberi possint, an non: Hoc casu si juramentum aliter probari non possit, ob loci distantiam vel aliàs; tùm inspectâ personæ & causæ qualitate standum esse juramento: Sin verò aliter probari impedimentem possit, tùm non facilè facultatem jurandi permittendam esse; cõsimilia tradit Cardin. Tuscus tom. 1. concl. 30. n. 11. Ferè est ut dicamus Dd. nonnullos abuti textu l. 13. §. 7. de excus. cum ibi rationem à jure naturali petitam, de admittenda excusatione; illi malè transferant ad probandi modum. Itaque malimus illorum opinionem sequi, qui hoc totum arbitrio judicis permittunt arg. l. 1. §. 2. de jur. delib. qui considerata qualitate personæ & modo impedimenti, aliisque adminiculis, vel plenam probationem exiget vel juramentum deferet. Guid. Papa decis. 64. & 105. Myns. 3. O. 92. Quorsum collimare videtur supr. alleg. reform. Ordin. sub tit. Wa der ungehorsame hernach erschiene/ wie es als dann gehalten werden soll. §. 2. ibi. als auff vor vnd eingebrachte erhebliche Ursachen/ &c.

Tit. XII. De feriis & dilationibus.

Q. 3. An Citatio die feriato possit fieri? Negat Wes. n. 8. n. 8. ibi aut Citatio fieri, clarius de citationis commissione Socin. tr. de citat. art. 19. nu. 4. & 5. & de citationis executione n. 9. Umm. D. 7. de process. n. 41. med. Affirm. Geil: cum alleg. 1. O. 53. n. 5. & seqq. tam de commissione quam executione Arnold. Reyger. disput. 4. de process. th. 6. in exegefi, ubi reproductionē citationis tantum excipit. Distinguiamus cum Umm. disp. 5. de process. n. 61. inter consuetudinem, quæ teste Cyno hoc forsan invexerit, & sententiam ad rationem juris exactam; ubi distinguendum inter festa cultui divino consecrata & hominum causa instituta: de illis rectè id negatur l. ult. C. de feriis (modò non per abusum fuerint invec̃ta, de quib. post Wes. h. D. Balth. Meisn. in præfat. Homil. in Evangelia festorum; aut per abusum colantur v. Balduin. lib. 2. de cas. conscient. c. 13. n. 2.)

Q. 4. An opera, quæ expediri publicè utile est, die feriato peragere liceat? Affirmare videtur author h. n. 8. ibi: vel

pium est. ita ut & Doctor consulere, & studiosus juri operam dare feriatis diebus possit. Iason. ad l. divus Trajanus. 9. num. 3. de feriis Vmm. D. 7. de process. n. 4. fin. fac. l. ult. ubi gl. ff. h. Abbas in capit. de feriis. distinguit inter finem istorum actuum, an principaliter propter lucrum comparati sint, annon. Hoc casu opera ejusmodi ad pias causas pertinentia peragere licere statuit, licet accessorie veniat lucrum arg. l. 1. de autor. tut. Et sic maximè facultatem studendi concedendam esse ait juvenibus, quia aliàs voluptatib. animum intendant & imò ad Ecclesias vadant, potius ut videant dominas quàm dominum per gl. in c. odi 24. q. 1. Eodem tendit distinctio Theologorum inter opera servilia & liberalia: Ut hæc quæ sunt liberalis doctrinæ, ingenii exercendi & animi causa, absque lucro aut specie ullius avaritiæ (ut sunt studia bonarum artium) in sabbatho etiam possint institui, modo cultui divino nihil derogetur: Servilia verò (ut sunt sordida opificum & lucrosa mercatorum, advocatorum, judicum officia) penitus sint omittenda: cum & qui liberalibus artibus sordide & lucrandi animo utitur, serviliter operetur Balduin. l. 2. C. C. cap. 13. cas. 5. Quanquam nullam hic differentiam inter opus mechanicum aut corporale, quod propriè servile vocatur, & opus illud quod indigari solet liberale, agnoscant alii: Cum in prohibitione servilis operis veniant synechdochicè omnia, quæ pariter adversantur fini, qui in sanctificatione sabbathi spectatur. G. Amesius lib. 4. de casib. conscient. c. 33. q. 2. n. 2. Optima nobis videtur distinctio Anton. de Butrio, quam refert, & tanquam ex nimio conscientiæ Zelo descendente reprobatur Panorm. d. cap. 1. an necessitas aut proximi salus dilationem patiatur, nec ne. Cum enim regulariter ipsa justitiæ administratio interdicitur his diebus l. ult. C. de feriis, multò magis opera quæ eodem diriguntur Luc. 13. & 14. Dn. D. Dieteric. cateches. precept. 3. p. 123. Menoch. de A. I. Q. cas. 30. nu. 12. confer Amesium d. l. q. 3. n. 10. ubi necessitatē intelligit mediū ad finem, non respicientem lucrum aut voluptatem ut finem, sed maximè propriè incommodi alicujus extra ordinem incidentis evitacionem; item necessitatem evidentem, non ex incerta conjectura conceptam.

m. 10. Q. 5. Quot dilationes dandæ sint in causis pecuniariis? distinguit author inter tempus litis contestationem antecedens & consequens. Priori casu Reo triplicem terminum ex L. concessum esse

esse: Posteriori regulariter Reo in singulos actus unam tantum dilationem dari: ex magna tamen causa novam; eamq; distinctionem post Marant. & alios inculcat etiam Gillhaus. in arbor. jud. c. 5. ramusc. 7. nu. 4. Aliter Gail. 1. O. 91. nu. 2. & seqq. in civilibus tres dilationes dari ait: & causâ cognitâ etiam quartam. Imò amplius non secundam modò tertiam & quartam; sed imò toties, quoties impedimentum subest dandam esse volunt, Azo in summa C. h. t. num. 6. Hostiens. ib. n. 4. Idq; usu fori maximè Saxonici, usurpari testatur, Hillig. 24. D. E. 9. lit. d. & ferè ubivis pro arbitrato Magistratus multiplicari, tradit L. B. Schenck. à Tautenbergk in progymnasim. fori tit. 9. nu. 8. Antequam hac de re statuamus, juniorum causâ notabimus vocem *termini & dilationis* vulgò ferè promiscuè sumi, ut cum dicimus *anderweit Termin ansehen / suchen / erhalten* / licèt reverà differant. Nam terminus propriè est tempus peragendo actui juridico designatum: dilatio autem est termini ejusmodi prorogatio C. I. A. h. th. 22. *Auffschub des Rechtstages oder gerichtlichen Audiens*, ubi tamen iterum dilatio & prorogatio distinguuntur: quando scil. dilatio ipsa pro termino; prorogatio pro dilatione usurpatur. Wes. in Comm. C. de dilat. nu. 30. & 42. Deinde notandum novum terminum seu novam dilationem tùm demùm impetrari debere, quãdo prior ille planè ex causa perit, veluti si partium alterutra, vel ejus procurator moriatur: tùm n. successori in causa reassumenda novus terminus conceditur. Reform. Ordn. der Statt Straßburg. sub tit. von dilationen vnd Rechtstäg n. pen. Denique sciendum dilationem imprimis distingui à causa tùm efficiente, tùm objectiva. *Ab efficiente* in conventionales, Legales & judiciales. Quod ad priores, quia illæ non sunt in potestate judicis. l. 1. C. de feriis præcisè sequi malim distinctionem authoris, fundatam in l. ult. h. l. 68. & seqq. de judic. confer t. t. de tempor. appell. In judicialibus, quia uberius est arbitrium judicis, facilius admittam dilationes multiplicari. *Ab objecto*, scil. actibus judicii, iterum distinguitur dilatio in citatoriam, deliberatoriam, probatoriam. Hanc legalem esse putamus, contra Berlich. 1. conclus. 38. n. 1. Georg. Schultz. in synopsis. judicial. th. 52. & Dd. adeoque judicem dilationem seu prorogationem termini probatotii regulariter amplius quam semel:

Disputatio VI. ad lib. 2. tit. 13.

mel tribuere non posse, l. 1. C. de dilat. At ubi terminus iste vel alius
arbitrarius effectus est, statuto aut consuetudine; numerus etiam
ferè multiplicatur. Quod tamen carpit O. C. p. 3. lit. 16. §. Was aber
C. 1. A. de Testib. thes. 20. & optimi quique causarum patroni agrè fe-
runt: Restringunt etiam, quatenus per avi corruptelem licet, constitu-
tiones judiciorum reformatorum, præter supra d. Reip. Argent. Franco-
furt. Gericht. Proceß. sub tit. 18. n. 2. & 3. v. Menoch. casu. 52. n. 1.

Tit. XIII. De edendo.

n. 1. Q. 6. An vocatio in jus præcesserit editionem? Affir.
Wes. h. nu. 1. pr. Petr. Gregor. lib. 48. Syntagm. c. 2. ubi de in jus vocatio-
ne, & cap. 5. ubi de Editione. Gothofr. Anton. disput. feudal. 15. th. 2. a.
Negat Cujac. 10. O. 10. eumq; sequutus Vult. ad pr. 1. de Action. n. 44. &
2. I. R. 26. (ut ut alibi non facile id constitui posse Cujacius scribat: utra
scil. prior fuerit, in paratitlis. C. h. t. quomodo id etiam in medio relin-
quit Bocer. class. 6. disp. 14. th. 3. B.) Donell. a. 23. Comment. 3. conjun-
ctam editionem fuisse putat cum ipsa vocatione: nec sine editio-
ne vocatum ire coactum: idemq; denique concludit Cujac. in para-
tit. C. h. Distinxi inter editionem actionis nudam, vel potius
declarationem negotii aut commemorationem litis qualemcun-
que, & editionem actionis propriè dictam: Illam verisimile est
conjunctam aliquando fuisse cum ipsa in jus vocatione, vel etiam
præcessisse illam vid. omninò Carolum Sigon. & ex eo Rosinum, lib. 9.
antiq. 12. ibi: qui alicui litem intendere in animo habebat, antequàm in
jus adiret, per amicos intra parietes quid proficere posset, experiebatur:
ubi verò res ita conveniri non poterat, tùm in jus vocabat. Istam ve-
rò non præcessisse vocationem, aut necessariò eidem adjunctam
fuisse adprimè docet Plauti ille locus in Persa act. 4. sc. 9. Age am-
bula in jus: Quid me in jus vocas? ibi dicam apud Prætorem:
quem in eam sententiam adducit Hillig. ad Donell. d. l. lit. a. & d. eum-
que secutus Dn. D. Georg. Franzk. in parat. M. S. h. t. adde Ciceron. 4. Ver-
rin. Rosin. d. c. 12. med. ibi: Vocatus ubi in jus venerat, actor ei actionem,
qua adversus eum uti volebat, edebat: Edita actione actor postulabat
eam à prætore, id est, petebat ut sibi in adversarium liceret intendere.
Bach. in Comm. ad l. 1. h. & in comment. Instit. de pœna temerè litigan-
tium, ibi: Editio actionis considerari hætenus potest ut prior, quatenus &
extra-

extrajudicialiter actio edi potest: Cateroquin poterat olim Reus simpliciter in jus vocari, & tunc in iure, ubi erat album, dicere, quam actionem à pretore petiturus esset. Quod autem Vultejus scribit vocari reum non potuisse antequam esset actio: neque ante fuisse, quam ederetur; & ambigè effertur & sine fundamento. Confundit enim phrasis jus agendi, cum facto ipso persecutionis; & porrò actionis ut ita loquar essentiam & existentiam. Aliter, sed minus, ut puto, congrue P. Ostermannus in rational. ad d. §. ult. distinguit inter editionem actionis impetranda, quæ prior in jus vocatione fuerit, & impetrata, quam fieri necessum fuerit apud judicem pedaneum, non tantum post vocationem; sed etiam post litem contestatam & c. Hoc enim non erat edere actionem, sed jam agere. v. Rosin. d. lib. 9. cap. 13. ibi: Prator actiones editas & postulas è tabulis ordine recitari atque actores reosq; citari per accensum jubebat, ut judicia actionibus eorum cognoscendis daret, iuncto c. 14. Quid Justiniani tempore N. 112. c. 1. pr. usitatum fuerit, ac nostris moribus receptum sit, explicatum vid. ap. Hillig. d. loco.

2. 7. Unde Libellus conventionalis sit dictus? n. 3.
 Author h. loco dictum tradit à conveniendo num. 3. fin. in parat C. de formul. & impetrat. nu. 5. idque ad differentiam Criminalis, scilicet à materiæ diversitate, sive ut Vultej. ad princ. 1. de actionib. num. 48. loquitur ex causa materiali, quæ in iudicium deducitur. Hillig. 23. D. E. c. 4. lit. c. vers. varia, à genere causæ denominatam tradit. Enimverò posset videri in cap. ult. de libelli oblat. ut & in l. ult. C. de Annal. except. nec non Novell. 53. cap. 3. pr. libellum conventionis seu conventionalem, dici non oppositivè & cum respectu ad criminalem: sed vel absolutè & κατ' ἐπίθετον, quia eo quis adversarium in lite conveniat, Dieneit er ihn gerichtlich vornimbt/ bespricht/ belanget/ Unde & Reus aliàs dicitur conventus; der beflagte: (quomodo fortè libellus accusationis etiam dici posset conventionalis; nisi putemus conventionalem hic pressius dici, de aliquo dando vel faciendo: quomodo in criminalibus quis non convenitur;) vel veriùs ut opponatur hæc vox libello supplici seu precum, de quo libellum simpliciter dictum in l. 15. de in ius vocando accipit Cujac. ad lib. 1. quest. Pauli. fac. text. Auth. qui semel C. quomod. & quand. iud. Nov. 112. c. 3. Oppositio utiq; melius procedet si dixerimus libellum conventionalem scil. actionis, opponi libello accu-

K

lo accu,

lo accusationis; illum Civilem, hunc criminalem, cum P. Gregor. lib. 48. c. 5. n. 5. C. I. A. h. t. th. 14.

Q. 8. An aptè vel congruè hoc quærat: Num scil. libellus etiam in exceptionib. requiratur? Ita loquitur cum Wes. hîc Treutl. d. 4. th. 12. lit. c. Reprehensus ob id à Bach. in not. ibid. phrasin hanc ab usu loquendi alienam esse, dicit ante. Enimverò cum vocem libelli ambigam esse & latissimè patere constet, vid. Obrecht. de libell. c. 1. nu. 10. Parlador. 2. rerum quotid. c. ult. p. 5. §. 2. nu. 1. Existimandum est Dd. in hac phrasi generalem significatum sequi, & hoc velle, quod in exceptionum productione non requiratur solennis scriptura seu formula, uti quidem in proponenda intentione actoris, sed prout commodum fuerit, scripto vel sine scripto, eas proposuisse sufficiat. vid. infr. de except. n. 9. & in parat. C. eod. n. 8. Ita n. exceptionem, libellum rei, à Dd. dici, ostendit Sichar. & alii ad l. un. ibi: contradictoris libellis. C. qui potent. nomin. Alex. Stiatic. practic. obs. c. 22. n. 42.

n. 8. Q. 9. An & quatenus libellus emendari possit? Refert hîc Author communem sententiam distinguendum inter emendationem & mutationem libelli: ut emendatio quidem tam ante quam post litis contestationem permessa sit (quia versetur tantum circa accidentalia & accessoria; salvâ interim manente libelli substantia: Esse enim emendationem tantum mendii & erroris reiectionem, superfluum detractioem, concisorum additionem, mutilatorum suppletionem, confusorum distinctionem, obscurorum dilucidationem v. Wehn. in obs. practic. voce Gewehr. itaque hanc qualitatem adventitiam genus ac formam actionis non mutare: sed ea integrè relicta supplere & declarare actionem ipsam &c.) Mutatio verò post litem contestatam non sit admittenda: quia per litis contestationem iudicium iam sit acceptum l. 31. de R. C. & quasi contractum l. 3. §. 11. de pecul. Aliqui distinctionem inter emendationem & mutationem libelli rejiciunt & post litem contestatam nec emendari nec mutari libellum permittunt, allegati à Berlich. 1. conclus. 28. n. 5. ac seqq. Gail. l. O. 51. nu. 9. & 74. n. 4. Wes. consil. 18. nu. 3. per l. 23. de iudic. Eamq; ut communem laudat Georg. Schultz. in synops. 1. de act. lit. Z. E diverso Wesembecius eo, ad quem nos hîc remittit, lo. comm. §. 33. l. de Action. tam ante quam post litis contestationem, usque ad sententiam, facultatem tam

tam emendandi quam mutandi libellum largitur; quod etiam propugnat Donell. ad d. §. n. 2. Obrecht. de libell. c. 20. n. 30. Tom. Lindem. ad tit. I. de action. th. 104. Vngepaur. exercit. 15. quest. 7. Arum. exercit. 18. th. 5. ubi ad contraria responder. Idque maximè verum esse tradit Wurmbf. lib. 1. tit. 9. obs. 3. si reus non gravetur in expensis. Distinguiamus cum Bach. ad §. si minus. 33. I. de act. inter jus vetus & novum. Jure veteri cum adhuc darentur iudices, coram eodem iudice libellum mutari potuisse, negamus: facit d. l. 23. de iudic. iudex enim jam formulam acceperat, à qua nullatenus poterat recedere: Itaque novam formulam & iudicio opus fuit. At jure novo, postquam ipsi Magistratus cœperunt iudicare, novo iudicio opus non fuit, sed ipse Magistratus, qui v. c. super parte aditus fuerat, necessariò & ipse de altera parte debuit iudicare: Et hætenus vera est eorum sententia, qui libellum etiam post litem contestatam corrigere licere docent ex d. §. 34. Sed non est vera si iudicium intelligant de prima causæ tractatione: Hæc enim omninò prius peragenda, deinde altera etiam, sine nova fortè citatione, erit suscipienda. adde Bachov. 1. disp. Trentl. 4. th. 13. lit. d. itemq; disput. 1. de action. th. 44. p. 22. haud procul ablutere videtur Reform. ordin. iudic. Reip. Argent. sub tit. von dem ersten Termin oder Rechtstage §. 6. ibi: welcher seyn Klag articuliren / oder sonsten emendiren will / demselben soll solches noch vor der litem contestation verstatet vnd zugelassen: Hernacher aber ein solches gänzlich abgestriekt vnd benommen seyn. & §. 7. ibi: Dem Kläger soll nicht zugelassen seyn / nach des Antworters Kriegsbestätigung sein libell oder Klag zu mutieren vnd zuendern: sondern wann die Sach zu end gelauffen vnd darüber geurtheilt worden / vnd er ferner zu klagen hat / das ist ihme vbenommen.

Q. 10. An totum instrumentum edi necesse sit, an ^{n. 13.} verò sufficiat articulum de quo quæritur, edi? Prius affirmare videtur Author in fin. nu. 13. h. Clarius G. Franzk. in parat. h. t. ibi: Edi debet instrumentum totum. Pacian. 1. de probat. 66. nu. 38. Posterius verò sufficere statuit Berlich. 1. conclus. 43. nu. 34. ne scil. Parti adversa arma prodantur l. 4. & ult. C. h. & ita iudicatum fuisse tradit per l. argentarius 16. §. 2. h. t. & maximè per c. 5. de fide instrum. Distingunt alii inter iudicem & partem: Ut huic quidem satis sit particulam eam edi, quæ ad causam facit; Illi autem instrumenta inte-

Disputatio VI. ad lib. 2. tit. 13.

R
gra edenda sint, post Bart. Zasius. Cujac. Gail. à se allegatos, Bocer. claf. 6. disp. 14. n. 52. sed & hos iterum notat P. Frider. 2. de process. c. 48. nu. 20. quia non sit Catholicum, ut scil. integrum semper instrumentum iudici edatur: neque enim v. c. si pars in aliquo statuto sese fundet, totum propterea statutorum librum edendum esse: nec totum notarii protocol- lum. Additque. c. contingit. §. de fid. instrum. non probari, quod iudici semper totum instrumentum sit edendum, etiamsi de uno certo capite queratur. Nobis, ut verum fateamur, paulò aliud introductum esse videtur jure Can. quam constitutum erat Jur. Civil. Hoc enim jure instrumenta omnia edenda erant l. 1. §. 3. h. & tota quidem d. l. 1. §. 4. & edenda ita, ut etiam describendi fieret copia adversario l. 1. §. 1. h. t. Jure Can. distinguitur inter editionem simplicem, & conjunctam cum pleniore effectu aut describendi potestate. Editio simplex, h. e. quæ desideratur ad effectum deliberandi vid. Wesenb. parat. C. h. n. 8. ita fieri debet, ut coram iudice aut ejus deputatis adversario totum instrumentum recitetur c. cum persona. 7. de privi- leg. in 6. At posterior quæ tendit ad effectum probandi & conjun- cta est cum potestate describendi; ea verò non concedenda est, ni- si in articulo super quo contentio fuerit. Et hæc esse videtur sum- ma d. c. 5. Quod postremùm intelligo de instrumentis diversa & di- sparata capita continentibus, non de iis, quæ partib. homogeneis constant; uti proponitur in d. l. 1. §. 4. de stipulatione cujus partes sunt, quantitas promissa, conditio adscripta, locus & tempus: (è quibus quatuor partibus etiam orta sunt quatuor illa plus petendi genera.) Quocirca cum editur actio ex stipulatu, eæ quatuor par- tes etiam edendæ sunt Cuiac. 10. Observ. 14. tanquam homogeneæ & essentielles. Et hanc posteriorem distinctionem haut obscure etiam amplectitur autor hic: ut ipse forsan à Dn. Ummio invitus in contrariam sententiam trahatur.

Auctarii loco & animi causa querimus,

An aliqua vis sit in responsione seq. apophthegmatis, quod inter Itali- ca Tuningi refertur pag. 20. his verbis: Vn semplice huomo, che haueua la moglie buona compagna, essendo stato fora undeci mesi, tornato à casa, & trovata la moglie sul partorire, domandava; se poteva essere sua tal creatura (ut in l. 1. §. 14. de agnosc. & alend. liber.) rispose un'astuta donna, che era pre- sente: & perche non? l'asina porta un' anno, ben può portare una donna un- deci mesi! Ridet quidem hanc responsionem Tuningius: Nos autem si non vera, at probabili saltem ratione eam miti, defendemus. 7. Nov. 39. c. 2. §. 1.

SELE-

X 2615926

VD.17





Farbkarte #13

B.I.G.

ARVM

95

QVÆ-

UM

1637 11.

um Wesebecii in-
arum

47

IO VI.

IO

issimi, Clarissimi,

ONIS TABORIS,

ma inclytæ Reipubl. Ar-

is Publici, Patroni, Pro-

erno observantiæ,

ltu profe-

N T E

/ Colm. Alsat.

rum

ij

eridianis

T A.

RATI,

Ledertz.

XVII.

